



*Num. II.*

**I**ohannes Dei gracia Boemie rex & lucemburgensis Comes Vniversis & singulis ad quos presentes pervenerint gratiam regiam & omne bonum. Decet enim majestatem regiam ut aures pietatis oculosque benignitatis apud suorum fidelium subditorum indigenciam & opportunitatem ne in toto succumbant & perire videantur apponat benignius & inclinet eis que juxta ipsorum defectuum & perplexitatem qualitatuum quibus indebite oprimuntur & multipliciter perturbantur remedio succuratur oportuno nec non ipsos confovere protegere & defendere, ut condicio statusque eorum si augeatur & melioretur ut suis superioribus tempore necessitatis incumbente magnifice & strenue valeant famulari. Cum itaque nobiles milites & vasalli nec non tocus territorii trutnoviensis & Curie civitatum Cives ac incole fideles nostri dilecti qui ab antiquis temporibus dive recordacionis Regum boemie predecessorum iure Imperiali & theodali prout alii nostri vasalli Glacensis Budissinensis terrarum freti sunt & gavisi. Nunc ausu temerario pro quorundam impugnaciones & insultus fidelium nostrorum ipsis assidencium enormiter contra justiciam plurimum aggravarentur & per temptaciones illicitas & inconsuetas spolientur & turbentur regie majestati & in obprobrium & ipsis in ofensum quod diucius tollerare nec succurrere nolumus nullo modo sed ipsis prout devie tenemur in tempore duximus succurrendum Comittimus & districte precipiendo mandamus omnino volentes universis & singulis Capitaneis Camerariis poprawczonibus Receptoribus Czudariis ac aliis nostris officialibus quibuscunque quocunque nomine censeantur presentibus & futuris fidelibus nostris militibus & vasallis nec non Curritatu Curie & trutnow  
Civi-